

alten Domtürmen in langen, wundersamen Tönen weit über die Berge und Ebenen die Gläubigen zur erneuten Feier. Nicht lange, so wallten mit dem Grauen des Tages schon von den Hügeln und aus der Tälern her die Gemeinden in frommen Zügen. Ein rührendes und tränenreiches Schauspiel. Man vernahm von ferne, ehe man sie durch die Morgendämmerung noch erblickte, schon ihre Gebete und ihre Gesänge. Und so zogen sie gleich Scharen von Pilgern dem Berge der Gnade zu.“ Seit diesen Tagen feiert die Erzdiözese München-Freising am zweiten Sonntage im August in der heiligen Messe sowohl, als in den priesterlichen Tagzeiten durch besondere päpstliche Indulgenz das Fest der hl. Reliquien. Heckenstaller hatte für diese erste Festfeier und Reliquienbehälter aus eigenem die Summe von 389 Gulden bestritten. Weitere 2008 Gulden von ihm sollten die jährliche Wiederholung der Festfeier im Dome ermöglichen.

16. Reliquien des hl. Adelar besitzt das Benediktiner-Stift St. Peter zu Salzburg, die mit vielen anderen in einem silbernen Schreine auf dem St. Benediktus-Altar in der Stiftskirche öffentlich verehrt wurden.<sup>1)</sup>

Während seines irdischen Lebens war der hl. Bonifatius ein eifriger Sammler und frommer Verehrer der hl. Reliquien. Nach seinem Tode wurden und werden bis zur Stunde seine eigenen ehrwürdigen Überreste wie überaus kostbare Schätze sorgfältig aufbewahrt und in hohen Ehren gehalten. Wunderbar ist das Walten der göttlichen Vorsehung!

---

## Congregatio Hispano-Benedictina alias Sancti Benedicti Vallisoleti.

Auctore D. Fausto Curiel, O. S. B. Hispano-Casinensi P. O.

(Continuatio ad fasc. II. 1905, pg. 263—274.)

### § IX.

#### De Magistris et Praedicatoribus Generalibus.

Ad remunerandos labores Monachorum, qui Congregationi servierant docendo aut concionando, Capitula Generalia 1649—57 statuerunt, ut in posterum nominarentur sex Magistri,<sup>2)</sup> totidem

---

<sup>1)</sup> Oppermann a. a. O. S. 71.

<sup>2)</sup> S. Pius V. an. 1567 concessit, ut conferrentur per Capitulum Congregationis gradus Magisterii tam in Artibus liberalibus quam in sacra theologia. Cf. Privilegia, 191.

que Praedicatores Generales,<sup>1)</sup> quorum officium ad vitam perduraret.<sup>2)</sup> De eorum electione peragit Caput XXII. Constitutionum.<sup>3)</sup>

I.

De Magistris Generalibus.

Magistri Generales eligebantur tantummodo in Capitulo a Definitoribus, cum Abbate Generali pluralitate suffragiorum ita, ut convenirent in idem subiectum duae votantium partes (9). Eligi tantum poterant, qui in aliqua Vniversitate approbata cum licentia Congregationis aut in hujus Collegiis cum nominatione Definitorii aut Abbatis Generalis, Sacram Theologiam docuerint per duodecim annos. Fiebant tamen nonnullae exceptiones: a) in favorem eorum, qui fuerant Regentes Collegii Repetentium; b) pro Lectoribus Theologiae Moralis Vallisoleti, Compostellae, Burgorum, Legionis, duorumque Coenobiorum Matritensium, dummodo cursum Philosophiae duosque annos Scholasticam Theologiam docuerint; c) hac ipsa conditione pro Magistris Collegii Salmaticensis, quibus computabatur anni, quos ibidem impenderant; d) tandem omnibus, qui cursum Artium integre docuerant, sufficiebant decem anni lectionis Theologiae Scholasticae vel Moralis ad optandum Magistrerium Generale. (3—6.)

Licet hoc munus esset perpetuum, vacabat tamen, quoties quis Magistrorum factus erat aliunde Capitularis perpetuus (10). Alias ab officio removeri nequibant, nisi male meritis et post latam sententiam (1). Vocem activam et passivam habebant in Capitulis Generalibus; eorumque erat inspicere Decreta, legesque ecclesiasticas et monasticas, ut, cum aliqua decernenda essent, ceteris Patribus doctrina et consilio iuvarent (15).

Praeter hos Magistros Generales „de iustitia“ vocatos, erant alii sex „de gratia“ dicti, qui eligebantur ad quadriennium in singulis Capitulis, et locum in eo non habebant; neque desumi poterant ex Abbatibus, Definitoribus aut Visitoribus illius quadriennii (16). Hisce aequiparabantur qui duodecim annos Theologiam tradiderant nominati ad hoc ab Abbate Generali, et voca-

---

<sup>1)</sup> Magistrorum, Praedicatorumque Generalium meminerunt Constitutiones antiq. cap. XVII, et Paulus V in Const. »Ex iniuncto« eiusdem anni — tamen in eis numerus non praefigitur, at consuetudine quattuor eligebantur.

<sup>2)</sup> Clemens X »Alias emanaverunt«, 23. Dec. 1671. et Innocentius XI »Exponi Nobis« saepe cit.

<sup>3)</sup> Hoc extendit Capitulum 1745 ad Lectores qui fuerint Capitulares Monasteriorum Sahagun, Montserrat, Oña, Sti. Aemiliani, Nájera, Cardeña, Corias, Carrion et Celanova (Muñoz § I, n. 19) et Capit. an. 1773 ad omnes Lectores dictorum Monasteriorum, excepto Carrionensi (n. 20), cui tandem concessum fuit anno 1785. (Transunto n. 16.) Pro Sahagun, Samos, San Millan et Nájera renovatum fuit an. 1805—18. (Ms. n. 2.)

bantur „Jubilati“ (17), et tandem, qui docendo, cursibus praedictis expletis, ad septuagesimum aetatis annum pervenerant.

## II.

### De Praedicatoribus Generalibus.

Praedicatores Generales nominabantur etiam in Capitulo ad normam Magistrorum, erantque perpetui in officio, nisi devenirent postea Capitulares perpetui, quia tunc alii eorum loco erant subrogandi (XXII, 9. 10). Ad hoc munus eligendi erant qui per duodecim annos cum laude concionavissent in praecipuis Domibus et locis Congregationis, quae designata erant in Constitutionibus (7).<sup>1)</sup> Fruebantur iisdem iuribus et praecipientiis quibus Magistri Generales, nisi nolissent concionare in locis ubi eis iussum esset, tunc enim amittebant omnia iura et gratias, non vero titulum nisi post sententiam (1). Inter Praedicatores erant pariter alii sex qui dicebantur „de gratia“, et electi a singulis Capitulis Generalibus durabant in officio per quadriennium. Item erant „Jubilati“ necnon qui ad septuagesimum annum pervenerant concionando, qui omnes gaudebant praecipientiis Magistrorum Generalium (16, 17).

## III.

### De Praedicatoribus Regiis.

Congregatio Vallisoletana habebat etiam nonnullos Praedicatores, quos Regios vocabant, quia seligebantur a Rege Catholico ut in sua Capella certis diebus concionarent. Licet plures hoc titulo frui possent, tamen ne nimium numerus Capitularium hac ex parte cresceret, decretum est in Capitulis Generalibus an. 1665—69 atque probatum postea fuit a Clemente X ut tantummodo quatuor gauderent voto activo in huiusmodi Capitulis, certis tamen conditionibus nempe, a) „quod spatio duodecim annorum legerint Sacram Theologiam, vel in pulpitis honorificis concionati fuerint, aut partim in uno, et partim in alio, ita ut in altero, aut in utroque exercitio duodecim annos consumpserint; b) quod ad obtinendum titulum Praedicatoris Regii haberent licentiam Capituli Generalis vel Rmi. Generalis in scriptis.“<sup>2)</sup> Item decretum fuit ut qui in futurum assequerentur titulum Praedicatoris Regii, non haberent vocem activam in Capitulo, nisi postquam desierit aliquis quatuor antiquorum; et adhuc remanebat Definitorio<sup>3)</sup> facultas eligendi digniorem iuxta Constitutiones (XXII, 18).

<sup>1)</sup> Cap. XXV, n. 6, quibus postea addidit Capit. Gen. 1777 »Silos et Cellanova«. (Muñoz § 1, n. 16.)

<sup>2)</sup> Clemens X »Exponi nobis« 4. April 1672.

<sup>3)</sup> Juxta Constitutiones eligebantur in Definitorio, sed postea Capit. Generale an. 1761 statuit ut eorum electio fieret ab omnibus Capitularibus. (Muñoz § I, n. 11.) Praeterea in Capit. an. 1785, statutum est ut singulus Praedicator ad diversam Provinciam pertineret. (n. 12.)

Coeterum Praedicatores Regii adhuc non designati in Capitulo nullam prae eminentiam obtinebant in Congregatione virtute nominationis regiae (19).

#### IV.

##### De Chronographo Congregationis.

Denique, post praedictas electiones, quoties opus erat, designabatur Chronographus seu Annalista Congregationis ad instar Procuratorum generalium.<sup>1)</sup> Hocce officium erat perpetuum, cum privilegiis Magistrorum generalium et voto perpetuo in Capitulo Generali (XXII, 21).

#### § X.

##### De ultima sessione Capituli Generalis.

Completis electionibus in Capitulo Generali faciendis, et finitis negotiis in ipso tractandis, tres Capitulares, quibus commissum fuerat examen computorum Secretarii Congregationis (XVIII. 2. 3.) in ultima sessione commissionis suae rationem Patribus reddebant (XXVI. 2),<sup>2)</sup> legebantque taxas pro futuro quadriennio singulis Monasteriis impositas (XVIII. 9; XXVI. 5), cuius rei exemplar Abbatibus tradebatur (XVIII. 10): remanebat tamen Abbati Generali facultas imponendi taxas extraordinarias cum consilio Definitorum Judicum, si durante quadriennio expensae extraordinariae supervenirent. (XVIII., 8)

Postea Secretarius Capituli legebat sententias, si quae latae fuissent, in ultimum Abbatem Generalem, eiusque officiales, ceterosque Superiores et Ministros Congregationis, qui elapso quadriennio suo munere non rite functi fuissent (XVII. 2—5, XXIV. 4); et deinde Acta Capituli, Definitiones atque Constitutiones in eo factas, quae si nondum absolutae fuerant iterum mittebantur ad Definitorium, ut quod magis opportunum eidem visum fuerit, pluralitate suffragiorum decerneret. (ibi, n. 4. Cap. II, 11—12). Tandem designabatur locus futuri Capituli, quod litteris erat consignandum. secus celebrandum erat in eodem Monasterio. (ibi n. 6, Cap. III, 2.)

Post haec, Primus Definitorum, stans in medio Capituli publicabat electiones Abbatum et Abbatissarum illorum Monasteriorum quae in Capitulo Generali providebantur (XXIV. 7.) quo facto, novus Abbas Generalis, concione ad Patres habita, ipsis benedictionem impertibat et finis Capitulo Generali imponebatur (8). Abbates, qui essent ibi, ad Monasterium suum per-

<sup>1)</sup> Huius electio fiebat ab omnibus Capitularibus usque ad an. 1713 in quo renovatum fuit decretum an. 1697 statuens ut fieret tantum in Definitoris. (Muñoz, § IV, n. 5.)

<sup>2)</sup> Constitutiones antiq. cap. XIX.

gere tenebantur; Capitulares vero, qui durante quadriennio nullum officium erant exercituri, ad loca suae professionis (10). Antequamvero, Patres a loco Capituli discederent, celebrabatur officium solemne pro gratiarum actione, atque Regum Catholicorum salute, nec non et aliud pro defunctis (12. 13).

§ XI.

De posterioribus Congressibus Definitorum.

Congregatione dimissa, remanebant in loco Capituli Abbas Generalis et Definitores, qui ad exequendum celerius, tunc quae ipsis remissa fuerunt a Patribus, tunc quae iuxta Constitutiones perficienda erant, bis quotidie congregabantur. (XXV. 1)<sup>1)</sup> Resolutis, ergo, quae definitionibus firmari videretur, faciebant electiones pro diversis muneribus tam Congregationis quam Monasteriorum (2), atque imprimis providebantur Abbatiae Capitulares, si aliquis Abbas officium renuerat acceptare, atque Abbas Generalis in idem consenserat, (ibi 3, XXV, 3).

Deinde nominabant Vicarios Monialium Congregationi subiectarum, itemque Vicarium, qui esset Superior. Missionum, quas Congregatio administrabat in Anglia (5) et quinque Monachos qui eidem assisterent, duosque alios pro Vicario residente in Anglia, omnia vero haec decernebantur iusta relationem ipsorum Missionariorum.

Designabant quoque praedicatores majores Monasteriorum; nempe, duos pro Coenobiis Vallisoleti, Sahagun, Monstisserrati (Catal.) Naiarae, Compostellae, duorumque Matritensium respective; unum pariter pro Hispalense, Burgense, Legionense, S. Zoyli de Carrion, Ovetense, Salmanticense, Zamorense, S. Vincentii de Montforte ac S. Felicis de Guixols,<sup>2)</sup> et pro domibus S. Benedicti de Huete Stae Mariae de Avila, Stae Mariae de Soria et S. Bartholomaei de Medina (6). Praeterea et alios septem qui secundum necessitates dictorum locorum distribuenterent. Hi omnes assumendi erant ex Monachis qui per quatuor annos munus praedicationis obiissent in eisdem locis, aut in Monasteriis Onniae, Sti Aemiliani, Caradignae, Silos et Lorenzana (7)<sup>3)</sup> quod servare tenebatur et ipse Abbas Generalis, quoties aliquis in eorum loco providendus erat. Pro aliis Coenobiis eligebantur a Praelatis eorumdem. (9) (Lib. 3. XII, 7.)

Denique eligebant Rectores pro Collegiis Congregationis, et Lectores Sacrae Theologiae atque Magistros Alumnorum (11).

<sup>1)</sup> Constit. antiq. cap. XX.

<sup>2)</sup> Capit. Gen. an. 1777 hoc extendit ad Monasteria S. Dominici de Silos et Cellanovae. (Muñoz, § I, n. 16.)

<sup>3)</sup> Hoc privilegium concessum fuit etiam Repetentibus Collegii de Exlonza in Capitulo Gen. anni 1753. (Muñoz, loc. cit. n. 18.)

Praeterea designabant Lectores Theologiae Moralis pro Monasteriis Vallisoleti, Compostellae, S. Joannis Burgensis, S. Claudii Legionensis, S. Martini ac S. Mariae de Monteserrato Matritensis (ibidem) et tandem Procuratores generales Vallisoleti et Portus Brigantini iuxta ea quae supra dicta sunt. (§ VIII, III, cap. XXI, 19; XXV, 14.)

Hiscæ omnibus expletis Rmus. Generalis ac Definitores subscribebant Acta Capituli, Decreta, Definitiones atque Constitutiones, quae in propriis libris erant descripta, et illico Libri mittebantur ad sua loca ut in § VI dictum est. (XII, 13, 14, XXV, 15.)

(Continuatio seq.)

## Zur Vita S. Mauri.

Von Dr. P. Beda Franz Adlhoeh, O. S. B. in Metten.

(Schluß-Artikel zu S. 3—22 u. 207—226.)

Unter die chronographischen Verstöße der Vita S. Mauri rechnet D. L'Huillier<sup>1)</sup> in seinem IV. Abschnitt des weiteren das **Datum der Kirchweihe in Glanfeuil c. 550/1**. Hier soll wieder ein Verstoß schlimmster Art vorliegen; zufolge der Vita n. 47 käme im Jahre 551 noch König Theodebert auf Besuch ins Kloster, obwohl er schon 548 gestorben war. P. L'Huillier meint p. 48: „C'est très vrai, l'erreur du biographe est évidente“ und stellt die Frage: Mais quoi?

Er antwortet: Selbst in offiziellen Aktenstücken reichen bloße Rechnungsfehler nicht aus, um dieselben unter die Apokryphen zu verweisen, wie auch Giry in seinem Manuel diplomatique p. 724 betont: Inhalt und Signaturen u dgl. behalten ihren Wert. (S. 48.)

In unserm Falle könne der Fehler sich erklären entweder als Gedächtnisfehler des Faustus, der ja ein halbes Jahrhundert nach dem Ereignis dasselbe erst aufschrieb, oder als Schreib- und Lesefehler eines ersten oder zweiten Kopisten etc. oder aus einer sonstigen ganz zufälligen Ursache. (S. 49.) Hier aber sei eine Verschreibung kaum zu verkennen.

Florus hatte den Auftrag, den Bau möglichst rasch zu führen, Arbeiter hatte er genug, Material war am Platze, das Kloster war wohl nur ein Stockwerk hoch<sup>2)</sup> — wie sollten da 7 Jahre Bauzeit nötig gewesen sein, so daß erst im 8. Jahre die Kirchweihe

<sup>1)</sup> Étude critique des actes de Saint Maur de Glanfeuil. 1903.

<sup>2)</sup> D. L'H. verweist auf P. de Smedt *La France chrétienne* dans l'histoire ch. III. Paris. Didot.